Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

.L.

Dum enim mali homines commoti a dyabolo vel a ma-
lo principe instigantur multa per eos mala ori-
untur. Sepe tamen ut iam tactum est aqua cum cineribus
instratur salva ut quidam dicunt utriusque
corporietate et localitate et superficie utriusque
alterum ab altero distinguente. Notemus igitur
ex predictis quantum sit utilis bonorum amicicia
et malorum quam sit dubia et ad quanta mala sit i-
ductiva. Nulla est enim margarita que non sit vilior
vera amicicia cum sit comparis aurum est velut
arena exigua que quantumcumque sit aquis infusa
semper tamen est infecunda. Coniunge te igitur ami-
cicia solis bonis. Si deo servire velis et animam
a terrenis abstrahere cupis. Nam magnes quam
sua vi ferrum trahit et a terra suspendit at-
tibi illud quantum possibile est coniungit. Ipsum dimit-
tit eciam postquam attraxit si ei coniunctus adamas
fuerit. Sed quidam corvo sunt similes qui cum
sit valde maliciosa avis semper si possit cedita r-
fortis vulpi soli tamen in malicia assimiletur for-
ti amicicia se coniungit et ipsam cum taxo pug-
nantem quantum potest adiuvat et defendit. Qualiter

XLV. ad amiciciam conservandam valeat bona lingua :~

Ad amiciciam atque caritatem in cordibus ge-
nerandam nutriendam sive et augmentan-
dam valet plurimum dulcis et effabilis
lingua. Sicut econtra lingua maligna et aspera est
guerrarum et malorum quasi omnium causativa amicicie
impeditiva diminutiva et penitus ut plurimes
destructiva. Notandum est igitur quod sit turpe quod extra-
neum a recta ratione ut lingua canis sit medicinalis
et lingua hominis sit mortalis. Docet enim natura quod
Canes nobiles modicum latrant. Sed viles numquam
latrare cessant eciam ad motum folii. Interroga-
tus quidam philosophus quomodo posset homo placere homi-
nibus ait. Si agas optima et loquaris pauca